Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Tharasius Epis. S. Herena M. S. Felix PP. III. 25. Feb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

S. Tharaſius Epiſ. S. Herena M.
S. Felix PP. *III.* 25. Feb.

Contritio.

Semper tibi diſplicant, quod es, ſi vis pervenire ad id, quod nondum es. Auguſtinus.

Deus tuorum gloria SS, Præſta quæſumus, vt B. Tharaſij conf. tui atque Pont. (S. Herenæ M. S. Felicis Papæ,) cuius feſta gerimus, ſentiamus auxilium. Per D. N. *I.* Chr. &c.

Ora pro Confeſſarijs, &c

1. S.Tharaſius per gradus ſæcularis Honoris euectus, demum Conſtantinop. Epiſ. creatus, pauperibus in dies opibus ſuis, ſub feſta maiora etiam manibus ſubſeruiens, ipſi apici Imperiali metuendus euaſit. nam & contra iura Eccleſiæ raptum ex aſylo, ab Imp. reſtitui, & fæminam matrimonio Imp. iunctam non dimitti exegit, auſus purpuram ſacram ciuili & ſceptrum ſceptro opponere, imò vincere. Atque is mos ei etiam poſt mortem manſit. Ita Impius Imp. Leo & ſenſit & confeſſus eſt, eius iuſſu interemptus.

2. S. Herena cum ſocijs Martyrij Donato, Iuſto & alijs non incomitata ad cælum peruenit

3. Felix III. Papa S. Gregorij Papæ atauus S. Tharſillæ apparens eam ad cæleſtia regna vocauit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN